

<C. 11> EX EPISTOLA TELESFORI PAPAE, QUI FUIT NONUS POST PETRUM.

Accusatores vero et accusationes, quas leges saeculi non admittunt, et nos submovemus, et accusatori omni non credi decernimus, qui absente adversario causam suggererit ante prius partis iustam discussionem. Nec hi, qui non sunt idonei, suscipiantur ad accusationem, et omnes, qui adversus patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi aut insidiandi. Hi vero, qui cum inimicis morantur aut qui suspecti habentur, minimè recipiantur, quia eorum emulatio lacerat etiam innocentes. Hunc murum firmissimum statuerunt patres nostri et nos cum eis contra persecutores vestros, ut hoc remedio eorum pellantur machinamenta, et vos sanctiores et securiores famulari mereamini vestro^u salvatori. De talibus enim insidiatoribus servorum suorum loquitur dominus per prophetam dicens: Os tuum misisti ad malitiam et lingua tua concinnabat dolum. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, in filium matris tuae fabricabaris scandalum. Haec fecisti et tacui. Existimasti futurum me similem tui^v? Arguam te et proponam ante oculos tuos. Intellegite haec, qui obliviscimini deum, ne forte rapiam et non sit, qui liberet. Languentes autem in isto conamine notandi sunt et a talibus repellendi.

<C. 12> IN DECRETALIBUS UIGINI^w PAPAE, QUI FUIT DECIMUS POST PETRUM, DE METROPOLITANIS EPISCOPIS.

Ceterum^x, fratres, salvo in omnibus Romanae ecclesiae privilegio nullus metropolitanus absque ceterorum omnium conprovincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas episcoporum, quia irritae erunt ali-

u) korr. aus vestros B. v) -i auf Rasur (vorher tuum?) B. w) korr. aus UGINI B. x) Beginn fol. 6^r B.

<C. 11> 231-250 Ps.-Telesphorus (JK † 34), c. 4 (Schluß fehlt), mit teils frei formulierter Inschrift, ed. HINSCHIUS S. 111 Z. 29 - S. 112 Z. 14; ed. SCHÖN 022.htm (das c. hier umfangreicher). Darin 244 Ps. 49, 19-22.

Abweichungen: 235 utriusque PsIs. 243 insidiatoribus et accusatoribus PsIs. 246 fabricaveris PsIs (aber fabricabaris V630; VD38). opprobrium PsIs.

<C. 12> 251-277 Ps.-Hyginus (JK † 35) c. 2-5, mit teils frei formulierter Inschrift und Aufnahme der Rubrik wie in VD38. Ed. HINSCHIUS S. 114 Z. 15 - S. 115 Z. 4; ed. SCHÖN 023.htm. Darin 270 Iac. 4, 11; 271 Matth. 7, 1-2; 273 Matth. 12, 25. Die vier c. sind auch im Pitt Hinkmars von Laon vorhanden (c. 3), ed. SCHIEFFER, Streitschriften S. 67 Z. 1-22.

Abweichungen: 251-253 QUI FUIT X^{mus} POST PETRUM steht nach EPISCOPIS Pitt. 256 causas eorum PsIs.